praedixit. In uobis qui uirtute dei custodimini per fidem in salutem
paratam reuelari in tempore nouissimo in quo exultatis. Per fidem enim
et sanctam conuersationem custodiuntur electi in terra. gratia et benigni
tate domini inter innumeras inimici insidias. inter diuersas in mundo
pressuras et tribulationes. Sicut sancti martyres istas steterunt. quorum
hodie annua festa recolimus. ut salutem paratam id est. ad regnum caelestis
perueniant. quod in nouissimo tempore in die iudicii daturum se suis
dominus promisit. In quo sine fine exultabunt gaudio sempiterno. sequitur.
Modicum nunc oportet contristari in uariis temptationibus. ut proba
tio uestrae fidei multo pretiosior sit auro quod per ignem probatur. hoc
ipsum est quod paulus apostolus ait. Non sunt enim condigne huius tem
poris passiones ad futuram gloriam quae reuelabitur credentibus deo. qui
sionis quis in hoc saeculo passiones. uel quae cogitari uel effici possunt
pro christi nomine patietur. quae omnes uno terminantur momento.
num quia tam condigne quid quod aeternae gloriae possit conpara
quae fidelibus promittitur potuerit sustinere. neque sufferre tribula
tiones in mundo. Sed tale est hoc quod alibi dicitur. qui plus labora
rat pro domino. plus mercedis accipiet a domino. hinc est quod iohannes ait
Gaudete cum in temptationes uarias incideritis. figentes spem in domino
et ipse uobis tribuet fortitudinem triumphandi. Nam probatio fidei sanctorum
multo pretiosior est deo omnibus opibus terrenis in mundo. Quia sancti
et iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Aurum enim probat for
nax. ita animum iusti temptatio. Quia qui perseuerauerit in agone
hic coronabitur. Inueniatur in laudem et gloriam et honorem. in reue
latione ihesu christi. quia in reuelatione ihesu christi hoc est in futuro iudicio
omni laude et benedictione. omni gloria et honore coronantur
a domino. quando dicturus est erit. Uenite benedicti patris mei perci
pite regnum. quod uobis paratum est ab origine mundi. quem cum uide
ritis diligatis. in quem nunc quoque non uidentes creditis. Credentes

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc427/0288